



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliiensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De reiteratione terminorum, ac malæ eorum obseruationis, ac totius processus nulliter formati sanatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

## A N N O T A T I O N E S .

**S**In autem.) Adde B.r.in l.ex quacunque, col.pen. ff. 2  
**S**i quis in ius voc. non ier. ibique Doctores, & Abb. in cap.conquestus, col.pen.de fer. nam\* discrimin fit, si dicatur, compare as duodecimam hinc ad diem, vel in duo-decima, primò nempe casu, si duodecima feriata erit, citatio valebit, & prima iuridica sul sequenti comparere, obstringi- tur, secus verò in secundo. & si differentie rationem cupis, precitati Doct. illam explicant. accedant his etiam, quæ per Lanfr. scribuntur in ca. quoniam contra. §. citationes. nu. 14. & ibi Add. de prob. & per Bald. in praxi. in rubr. de citat. quest. 9. per totam. Nico. Anto. Grauatus.

Derecitatione terminorum, ac male eorum obser-  
 uationis, ac torius processus nulliter for-  
 mat sanatione.

C A P . X I I I .

## S V M M A R I V M .

- 1 Terminorum malè obseruatorum reiteratio, ac processus sanatio à principe concedi solet.
- 2 Citationis defectus, etiam per refractionem expen-sarum insanabilis reputatur.
- 3 Mandati defectus insanabilis est, & nu. 14.
- 4 Jurisdictionis defectus sive incompetentia, sanari non potest, fallit tamen.
- 5 Iuu nouum in causa superueniens, quando deduci possit.
- 6 Expensæ quando refici debeant in confirmatione sive processus inualidi sanatione.
- 7 Citatio est de iure naturali, & diuino.
- 8 Sententia lata in favorem absentis. non tamen ci-tati, est nulla, fal. in quibusdam casibus.

T 3

9 Pre-

- 9 *Præsens non est citandus.*
- 10 *Citandus omnino est, qui præesse pretendit.*
- 11 *Citatio domi facta, quando valeat, & num. n.*
- 12 *Citatio domi facta, vt valeat, an requiratur  
citati notiam deuenisse.*
- 13 *Procurator reuocari potest, etiam si iuratum fu-  
rit, illum non reuocari.*
- 14 *Iudicis incompetentia quandocunque opponi-  
tur, quæ iudicium reddit nullum.*
- 15 *Exceptio incompetentia iudicis, impedit senten-  
tia exequitionem.*

**E**T si sacrum Palatum certas habeat in variis queaque caussarum specie procedendi, & dilationum formulas litigatoriibus prescriptas, raro tamen euenit, vt litigatores terminos ipsos, prout supra docuimus, distinctos, & ad suos dies ritè & rectè seruent. Solet enim is, qui in causa procedit, terminos non singulos per se, sed ad minus binos simul ac eosdem tantum si ad sextam, octauam, vel aliam longiores diem in citatione concessos proxima sequenti audience obseruare, ac eadem audience comparere, & citati contumaciam, non minus, quam dilationis dies venisset, inculcare. Nonnulli etiam magis properantes, eosdem terminos duabus vel tribus, & quandoque unica duntaxat audience ijs, idque etiam non suo, sed præpostero ordine inculcare. Quamobrem usu receperunt est in Palatio, ut mala hæc terminorum obserua-  
tio per illorum reiterationem unicus contextus & audience seruari possit, idque non nisi Princi-  
pis indulto & rescripto, quo solet signatura re-  
scribere.

scribere, ut iudex reiteratis etiam vnicis conte-  
xtu & audientia omnibus terminis substantiali-  
bus præposteriorè, inculcatè, ac etiam defectiuè,  
& alias nulliter seruatis, ad expeditionem cauf-  
se procedat.

Instantumque visa fuit Inno. 6. hæc terminorum  
reiteratio litigatoribus necessaria & concessibili-  
lis, vt hanc facultatem admiteendi litigatores ad  
similem reiterationem terminorum Auditori-  
bus sacri palati concesserit, ut per seipso abs-  
que alio speciali Principis rescripto, possint li-  
tigatores ipsos ad reiterationem terminorum  
malè & nulliter seruatorum admittere, quibus  
verbis malè & nulliter infertur, vt Cassa. docet  
decis. 8. cap. de rescript. in fin. non solum si præ-  
posteriorati, vel inculcati fuissent etiam vnicica au-  
dientia, quo casu admonet iudicem discretè ita  
agere, vt reum tanto tempore postea expectet,  
quantum solennis obseruatio caperet, verùm et-  
iam si per assertum procuratorem, & minus le-  
gitimum, ac etiam contra similem personam  
seruati fuissent, dummodo in reiteratione sint  
principales, vel alias legitimatæ personæ. Addit  
quoque eadem verba inferre, vt eadem reitera-  
tio sanet etiam, vbi corum obseruatio in alijs de-  
ficeret, & esset alias nulla, & præsertim ( vt à se-  
nioribus accepi ) etiam vbi plures essent correi-  
tum seruati essent, possent enim contra ambos  
in vim huius Innocentianæ bullæ validè reite-  
rari, imò quandoque ab eisdem audiai Innocen-  
tianam sanare terminorum obseruationem, et  
iamsi contra quemlibet à iudicio extraneum,  
vel forte etiam contra Pasquillum tenti essent,

T 4

idque

idque ea (vt opinor) ratione, quod sacrum pal-  
tium duntaxat respiciat, vt tantum temporis  
prima citatione fluxum fuerit, quantum soles-  
nis terminorum obseruatio caperet, quoquo-  
do dilationes datæ & fluxæ sint.

Amplius & alia quoque ratione, quod ha-  
litiones & termini suis diebus per actuationem  
recipientur in actis, & is, qui à principio ad ca-  
sam legitimè citatus est, præsumitur scire ea,  
quæ sunt in actis, & consequenter singulas dilia-

**b** tiones præfixas. **b** Quæ præsumpta notitia suffi-  
cient actum, & dilationes, ad quas citatio minus  
legitimè præcessit, prout de evolutione citatio-  
ne suprà diximus, ad text. in clem. caussam, in  
de electio. Roman. cons. 360. & alio. 410. Rot. de  
procura. si de mandato. 27 i. in no. Aegid. de pra-  
sumpt. qui per se conclus. 364. Nec dicatur hoc  
**c** posse procedere in præsente, secus autem viden-  
tiam absente, **c** quia absens legitimè citatus, & co-  
tumax reputatur præsens in sui odium, ad text.  
& nota. per Bald. in authen. quia in prouincia. C  
vbi de crim. agi. opor. cum simil. adeò enim po-  
ratione cuiusque usus sacri palatij insudo, quod  
mihi persuadere non possim, quicquam vltimu-  
ptum esse in palatio, quod ab ipso legis fonte  
scateat.

Verum cum bulla Innocentij eam facultatem  
Auditoribus sacri palatij in caussis, que in ipso  
palatio tractarentur, duntaxat concesserit, me-  
ritò apud alios, Roma. Cur. delegatos iudices, a-  
pud eosdem etiam auditores, vti tamen caussa  
foret alicui ipsorum extra rotam & palatium  
comissa, non inseruit, & litigatoribus volentibus  
beneficio similis reiterationis terminorum gra-  
detur.

dere speciali Principis rescripto, seu commis-  
sione opus est. Solet tamen signatura similes cō-  
missiones p̄sim concedere. Nonnulli etiam in  
cauſis, quæ in sacro Palatio trādātur, & in qui-  
bus innocentiana supplet, eadem non contenti  
similes impetrant reiteratorias commissiones,  
quas etiam in cauſis in bulla comprehensis, cer-  
tis casibus (opinor) necessarias, vt pote si in pro-  
phana cauſa, termini prout in beneficialib. ser-  
uati essent. Eſſet enim hoc, nedum neceſſarium.  
verū etiam in eadem exprimendus hic deſe-  
ctus, aliaſ non ſuffrāgaretur commiſſio. **Cassa.**  
decif. 9. de r eſcrip. idem ſi iuxta naturam cauſe,  
defectiū tamen ſeruati eſſent, quibusdam de  
ſubſtantia omiſſis, quo caſu narranda etiam eſ-  
ſet hęc omiſſio, arg. notatorum in d. decif. 9.

Nonnunquam etiam non ſimplicem reitera-  
tionem terminorum, ſed ſanatoriā i o. i u s pro-  
cessus litigatores petunt, vt pote quando parte  
abſente processum fuiffet, quo calu ſoler à Sig-  
natura concedi d cum clauſula tamen parte legi  
timè citata, idque ea ratione, quod \* citationis  
defectus etiam per refelctionem expenſarū inſa-  
nabilis reputetur, ad tex. in clem. paſ ora. verſi.  
cæterum de re iudi. Staphi. car. 14. verſi poſtre-  
mō, niſi forte citatio non fuiffet in totum omiſ-  
ſa, ſed defectus eſſet circa illius exequutionē,  
ut quia minus legitimē, & non ſeruata forma  
eſſet exequuta. Daret enim Signatura hoc caſu  
ſanatoriā commiſſionem cum clauſula ta-  
men, dummodo ad citati notitiam peruerterit,  
ſcuī clauſulæ ſatis quidem factum erit, quoquo  
modo probetur hęc notitia, dum tamen plena  
& certa, ad tex. in clem. cauſam in fi. de electio.

T 5

&amp; not.

d  
z  
-

e

f

& not. per Roma. consi. 360. Rot. decil. 17. l. in*ma*  
si de mandato de procura.

**s** Eadem \* commissio sanatoria totius processus non inseruiet, ubi defectus esset gratione maturata, iuxta tex. i. & c. in nostra, & in l. licet. C. eo aequè. n. insanabilis reputatur hæc nullitas maturata, h. præsertim ubi defectus mandati a renotatione proneniret, quæ in procedentis notitiam transiueriset, ad c. ex insinuatione de præcū, quandoquidem plus deficit processus contra procuratorem revocatum, quam nunquam constitutum, quod primo casu præter, secundo vero contra voluntatem principalis videatur esse processum, ad tex. iuxta gloss. in c. ex parte in fine rescriptis, adeoque urget hæc nullitatis species, ut minus resectis expensis sanaretur, altera enim pars videns hunc defectum forte suas omisit defensiones, neque succumbere curauit, sciens prudens simili nullitatis exceptione se futurum esse tutum, etiam post sententiam, arg. tex. in l. an inutilis. ff. de accep. in prin.

**i** Idem dixero sanatorium inseruire, ubi \* defectus in iurisdictione & iudicis competencia esset, nisi forte per prorogationem iurisdictionis tummoveretur, pro qua tacitus consentius fuisse esset, ubi tamen litigatores scirent iudicem incompetenter esse, ad nota per Barto. in l. i. ff. de iudi. & not. in c. ad petitionem in prin. de acce. & per gloss. in l. vñica verbo inchoare. C. qui pro sua iurisdictione, secus si ignorassent, tunc non viderentur partes in iudicem cōsentire, neque eius iurisdictionem prorogare, & nullitas remaneat, is enim, qui errat, non consentit, immo nihil consensui magis contrarium, quāmer. rot.

ror. l. si per errorem. fl. de iurisdict. om. iud.

Quandoque etiam evenit, ut quis non reiteratione terminorum neque processus sanatione sed eius potius extensione indigeat. Finge \* me diu tecum egisse, & processu iam factō (equidē validē) ius nouum mihi supernenisse, velimque ex eo obtainere, solet tunc Signatura commissio- nem concedere, ut iudex ex eisdem actis & pro- cessu super hoc novo iure iustitiā faciat, Staph. car. 148. à tergo, immo quia in causa beneficiali censentur litigatores à principio deducere omne ius, quod competit vel competere potest. ca. statuimus de electio. in 6. ista ratione seruauit palatum quod super novo hoc iure quando- cunque etiam post conclusionem in causa, dum tamen ante sententiam, absq; alia terminorum & prioris processus reiteratione, vel extensione prædictis, si per nouā gratiam de bono iure meo constaret, iudicari possit Aegid. conclu. 662. si ex gratia de iud. quo casu alteri tamen parti da- ret sacram palatum dilationes competentes ad proponendum, & probandum exceptiones, & defensiones, si quæ fortè aduersus hoc ius nouum, & secundam gratiam sibi compete- rent, etiam ad partes, argumento. cap. statui- mus in fin. &c. vt circa de electio. in 6. & cap. pastoralis. 2. responso except. Aegid. dict. con- clu. 662.

Generaliter \* verò in causis beneficialibus v- su receptum est, ut similes commissiones sanato- rię processus dentur, quandounque etiam ante sententiam sine expensarū refectione, secus aut in prophanis causis, in quibus similes darentur commissões tantum cum clausula refectis ex- pensis,

pensis, cui solent cauti procuratores addit  
quæ veniant de iure reficiendæ, nisi forte in  
petrans narraret paupertatem, propter qua  
loco præcripæ clausulæ, refectis expen  
daretur alia videlicet reseruatis expensi  
fiae litis, cui n. h. lominus consuevit semper  
dem verba addere, videlicet, si quæ de jure re  
ciendæ veniant, idque ne si victus ex aliquo legi  
capire posset se tueri ab expensarum refexione,  
id sibi minus liceat, propter præscriptas preces.  
Staph. car. 147. & sequent.

At ubi non sanatoria processus nulliter for  
mati, sed extēsua validi ad ius nouum, lite pen  
dente, superueniens peteretur commissio, licet  
ex succubētia rei inferretur eum semper ful  
se iniulatum possessorum, & propriea non vide  
retur audiendus, petendo refractionem expens  
arum, quibus actor ante ius nouum, non souendo  
vñq. e runc bonum ius, videretur reum temer  
at gasse, argumento. l. is, qui se obtulit ff. de sei  
vendic. Admitteretur n. h. lominus reus, tame  
si succumbat ad compensationem dictarum ex  
pensarum, quibus usque ad productionem noui  
iuris temerè fatigatus fuerit ab actore argumen  
to, l. eum, qui temerè, ff. de iudic. cum expens  
quisbus reus à productione dicti noui iuris ju  
stè defensioni se offerens, eadem ratione con  
demnaretur, & mntuam temeritatem inuicem  
compensarent, arg. l. si ambo, ff. de compensat.  
Staph. car. 149.

## ANNOTATIONES.

- a Quamobrem.) Huc accedat V. ant. in tract. de mal.  
quibus modis sent. null. repar. nume. 89.

Q. 2

Quæ præsumpta. } Huc vergit, quod suprà adnotam  
uimus, libro 3. cap. 6. sub litera E.

b

*Quia absens.) eodem fonte manant, quæ citato libro  
cap. 2 sub lit. Escriptissimus.*

c

*Cum clausula.) Non ab re cum hac clausula expeditur, cum \* de iure naturali atque diuino citatio sit, quæ o-*

3

Com. op. i.

190,000

Cum clausula.) Non ab re cum hac clausula expeditur, cum de iure naturali atque diuino citatio sit, quae omittiullo pacto potest, alleg. dic. clem, & l. de unoquoque, ff. de re iudi. & l. ea que, C. quom. & quan. iudi. cap. 2. de testam. Bal. in l. cum fratrem, C. de his, quibus ut indig. Sac. consi. 266. libro 2. & est communis docto sententia in l. nec quicquam, §. ubi decretum, ff. de offic. procons. & traditur per Rot. decis. 364. & 201. in no. Affl. decis. 245. numero 10. & decis. 307. in fin. & iterum decis. 391. Boer. decis. 247. Gram. decis. 65. Franc. Nico. in repe. cap. quoniam contra, numero 49. de probat. Paris. consi. primo, numero 32. libro primo, & Felin. in capit. cum olim, numero 12. de re iudi. ubi de com. op. etiam testatur. Et usque adeò hoc verum est, ut sententia \* in favorem absentis lata, non tamen titati, ipso iure sit nulla, ut per Ias. post Alexand. in l. si furioso. numero 3. ff. de re iud. & per eundem Alexand. consi. 114. libro 6. Capit. decis. 9. & Boer. decis. 283. fallit tamen, in Alexand. ait, in d. l. furioso, quando in causa sine figura iudicij procederetur: tunc etenim sententia pro absente non titato valeret. Et idem esset in criminalibus, si in favorem tamen rei sententia proferatur. Et quod diximus, citationem ipsius indicij fundamentum esse, sane intelligas, quando pars non est praesens, dicto l. de unoquoque, ubi not. & in l. 1. ibique Bart. Bald. & Ang. ff. de in ius voc. Lanfr. in cap. quoniam contra, in ver. citationes, in princip. de proba. Dec. consil. 449. numero 8. Felin. cap. 1. colum. 7. ver. not. etiam de iudic. Cass. ad. decis. 2. eod. tit. & Maran. in praxi, in ver. citatio, numero 12. ubi \* quod non sit necesse, ut praesens citetur communem esse opinionem affirmat, & Ias. in l. nec quicquam, §. ubi decretum, numero 26. & sic actus eo pre- sente

三

*tati, ipso iure sit nulla, ut per Ias. post Alexand. in l. si furioso numero 3. ff. de re iud. & per eundem Alexand. const.*

5

*n Alexand, ait, in d.l.furioso, quando in causa sine figura  
iudicij procederetur: tunc etenim sententia pro absente non*

tamen res sententia proferatur. Et quod diximus, citationem ipsius indicij fundamentum esse, sane intelligas, quando

libique Bart. Bald. & Ang. ff. de in ius voc. Lanfr. in cap.  
quoniam contra in ver. citationes in princip. de proba. Dec.

Com. opib.

1

etur communem esse opinionem affirmat, & I. s. in l. nec  
quicquam, §. uti decretum numero 26. & sic actus eo pre-

sente aliter q; non citato expediri potest, cum presul  
uersarij omnem defectum purget, ut prodiderunt Adu.  
sil.38.libro primo, Deci:confil. 68. numero quarto, &  
pic.decis.1.colum.fin.Ceterum, an saltem à indice de  
qui in causa sit, pars certior reddit debeat, altercato  
ter scribentes, in d.l.furioso, & in l.nequicquam, §. vii  
cretum, & in d.l. de unoquoque, veluti etiam tradit  
Soc.conf.29.lib.3.attamen quod nequam requireatur,  
pars certa fiat solidior est opinio. De materia autem, quā  
omnino citandus est, qui interesse pretendit, per juris  
rius adducta, & in clem. s. p. de verbis, significa, & ap.  
Deus omnipotens, 2. que. 1. & Alexand. confi. 5. lib. 2. illa  
latè per Maria. Soc.in tracta.de cito. art. 7. per totum, id  
ponit regu. cum 47. ampliationib. us, & 35. limit. & Nic.  
in dict. l. de unoquoque, nume. 8. usque ad 13. qui 60. &  
nat limitat. & 12. amplia. Ant. verò Nicel. in concord.  
in concord. 52. nu. 224. cum pluribus seq. abundantissi-  
mis, 115. limit. tradit si tibi satisfactum velis, eos leges  
non & Catel. Cor. in memorial. in verb. citatio. Nicola  
Anton. Graatius.

Sed defectus.) Adde Barto. in l.item eorum, §. 1.  
ita, ff. quod quisque uniuers. nomi. & I. s. in l. qui quartu-  
num. quarto, ff. de leg. 1. nam nullum est, quod præteri-  
tionis, aut mandati formam sit, nec etiam valet, ut valere  
potest, tex. est in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbis, oblig. que-  
sta Bar. eo loci intelligit, & in l. si quis pro eo, in termino  
bro, ff. de fidei usso, quem ceteri sequuntur, sic, ut formam  
seruata, negotium retractetur, non tamen integrum, sed que-  
tenus formam excessit, & est communis opinio, velut  
Curtio Iuniore liquet, confi. 79. num. 2. Nic. Ant. Graatius.

Cui clausulæ.) Merito non satisfit, ut auditor ait, pan-  
\* citatio, que domi fit, non utique valet, nisi illius, qui citi-  
dus est, præsentia haberi non possit, c. canstam que de dali-  
entu, Barto. & alij in l. 4. §. quod ait prætor, ff. de domi, i-

Com. op. i.

f  
u

ff. Et si nonnulli ad hanc sententiam non accedant, per tex,  
in l. scire oportet, ff. de excus. aut. alternatiuē loquentem sci-  
licet ad faciem, vel ad domum. Et in alternatiuis alteram  
partem esse veram sufficit, regu. in alternatiuis, de reg. iur.  
in 6. veruntamen prior opinio cōmuni calculo à Dott. recipi  
tur in dictis capit. cauſsam, & l. 4. §. quod ait. Et ad diff. l. Com. opī.  
scire, respondetur, quod illa est alternatiua ordinis, ut pri-  
mū in facie, si citandus reperiri posset, citetur, alias domi.  
Ceterū, & illud ambiguū est, quo nam pacto aliquē repe-  
riri non posse, intelligendum sit, sed hac de re Doctores citat-  
is in locis nodū dissoluentes videas. Quam quidem \* com-  
munē opinionem procedere intelligas quando prima citatio  
domi fieret, sc̄cū verò, si alias personaliter citatus fuisset,  
tunc enim citatio domi facta semper etiam ad sententiā va-  
leret, Rota decis. 48. de citat. in no. Sed an \* necesse sit, cita-  
tionem domi factā, (ut citatus ad comparendum obstringa-  
tur,) ad suā notitiam deuenisse? Alberi. in l. satis. de in nos  
vot. censuit, quod sic, cui nonnulli consentiunt, quos refert &  
sequitur. Afflīct. in const. reg. Neap. citationis. in l. & 14. no.  
verū pleriq; omnes id negant necessarium esse, inter quos  
antisignans est Accurs. in l. ex corsersu, §. vlt. de appell. &  
versus in l. 1. §. vlt. ff. quando appell. sit. Specu. de citat. §. se-  
quitur, vers. sed nunquid sufficit. Io. And. in capit. præsumi-  
tur de reg. i: r. in 6. in mercur. Pau. Caſtr. in dicto §. prætor  
ait, & ferè ubiq; omnes hoc probat. facileq; hanc opinionem  
communē esse extiraq. dignoscere poteris. in tract. de vtro-  
que retract. §. 9. in gl. 2. nam. 39. & sequē. Nic. Ant. Graua.

Ratione mandati.) Ad hæc accedant, que prodita  
sunt ab Ioanne Anan. confi. 96. atque Ludouico Bolognino  
in addi. quis multas congerit doctorum auctoritates, & adeò  
\* mandati defectus iudicium reddit nullum, quod eius nulli-  
tias sanari non potest. Hinc insanabilem hanc nullitatem  
appellavit Strophil. in tract. de lit. grat. pagina 145. quem  
sequitur. Comes. in compend. vtriusque signat. in regul.  
cancel.

cancell. folio 185. qua de re diffusè loquitur Vant. de ob.  
sent. & def. in hab. seu mand. Nicol. Anton. Grauat.

**d** Præsertim.) Mandatum \* procuratorum tam diu  
**15** rat, quam diu mandantis voluntas, l. si vero non remuner-  
di, & si mandauero, ff. mand. l. vna, §. 1. C. de s. tisla. l. pro-  
curator, §. fin. ff. de procur. adeò, quod deinde ex potesta-  
re uocatæ defectu, ac si nunquam fuisset procurator, sensim  
cap. ex insinuatione, & cap. in nostra, extra eo. ita. Ballin.  
l. falsus. colum. prima, C. de furt. & in l. licet, C. de pror.  
Boer. decis. 274. numero 6. & gloss. not. in cap. fin. in re-  
uocatus. de procur. in 6. quæ voluit etiam procuratorem  
uocari posse, quamvis in reuirando quispiam illum non ten-  
care promiserit, & si is per iurij reatum incurrit. Quem qui-  
dem gloss. ampl. etuntur Alexand. consil. 18. column. v. l. lib.  
2. Felin. in cap. ex parte, in 5. ampliat. de rescript. Dec. vob.  
fil. 475. & Boer. qui plura congerit, decis. 207. vbi num.  
loquens de procuratore cum iuramento ad resignandum ho-  
nificium ex causa permutationis constituto, quod posse iu-  
ramento non obstante reuocari, communem esse opinionem  
affirmat. Nicol. Anton. Grauat.

**i** Idem dixero.) Iudicium à iudice incompetentem  
tatum, totum, ruere, nemo est, qui ambigat, C. si à un-  
compe. iudi. per totum, adeò, quod \* hec nullitas ex iudic-  
defectu, quandocumque opponi potest, etiam si municipio dile-  
ge caueatur, nullam exceptionem contrasententiam appo-  
**16** Com. op. posse, ita consulti responderunt, Roman. consil. quadriginta  
secundo, & Corne. consil. 144. libro primo, & est communis  
opinio, teste Cur. consil. 119. numero 3. Qua de re videat que  
Felin. in capit. inter monasterium, de re iudi. & in cap.  
ex parte secunda, de offi. delegat. & in rubric. de foro con-  
pet. Alexand. consil. 79. in causa & lite in fin. lib. 7. vbi l. lib.  
communem sententiam esse affirmat, & Deci. consil. 8. num.  
8. & consil. 434. in fin. & rursus consil. 360. & 520. & Pa-  
ris. consil. 45. numero 29. libro primo, Gram. consil. 1. num.  
194.

ro 48. quod reperitur post decis. ubi ait, quod \* exceptio incompetentiæ exequitionem sententiæ impedit, ibiq; etiam penè infinita ad materiam videbis, & per Fulg. consil. 167. Aret. consi. 75. & Gozad. consil. 72. numero sexto, ubi ampliat procedere, etiam, ubi instrumentum de non opponenda nullitate interuenisset, ut hæc incompetentie exceptio opponi quoque valeat. Nic. Anto Graua.

*De positionibus, articulis, & compulsione partis ad respondendum singulariter singulis.*

C A P. X I I I .

S V M M A R I V M .

- 1 Positiones quare inuenta sint.
- 2 Positiones tam ab actore, quam à reo traduntur.
- 3 Positionum formulæ.
- 4 Positionibus si quis respōdere minimè velit, quid agendum.
- 5 Positionibus respondere quis compellitur, fallit tamen & num. 16.
- 6 Articuli admittuntur, quando controuersia est de impertinentia, cum protestatione, salvo iure impertinentium, &c. & num. 26.
- 7 Positionibus respondere per verbum credo, quare admittatur, ?
- 8 Adiocati clientes ad respondendum positionib. instruere nequaquam debent. fall. & nu. 30.
- 9 Articulorum cōpia datur in Rom. Cur. monito ad illis respondendum, & num. 33.
- 10 Dilatio datur procuratori dubitanti se non esse certum de his, quibus interrogatur, ad suum principalem consulendum.

V

11 Positio-